N. 3275.

CURRENDA XIII.

A. D. 1858.

Nr. 3228.

De restitutione facienda.

Forsan jam ubiq. terrarum celebrata est devotio indulgentiarum a Sanctis. Papa Pio IX. instar Jubilæi concessarum; Nos ipsam sponte distulimus ad tempus alioquin praeparationis pro adventu Domini ad cor nostrum post peractam confessionem et sumptam sinaxin sacram, circa festum Nativitatis Dni; ad tempus non impeditum laboribus œconomicis aut nuptiis allisq oblectationibus. In Cur. XI. a. c. N. 2807 ordinem devotionis hujus nec non doctrinæ circa indulgentias et genuinam emendationem jam delineavimus Sub c. pro Dominica IV. Adv. materiam instructionis assignavimus, gravissimam, utpote quae est reparatio damni jam animæ et corpori; jam substantiae aut famae proximi illati, et quae verbis Evangelii hujus Dominicae: Głos wołającego na puszczy: Gotujcie drogę Pańską, czyńcie proste ściészki Jego. Wszelka dolina będzie napełniona, a wszelka góra i pagórek poniżon będzie, i krzywe miejsca niech będą proste . . . . per ecclesiam innuitur, atque ejus repetita per decursum anni ob frequentes jurium aut bonorum alienorum occupationes ac laesiones e rostris ss. tractatio necessaria esse censetur. Ad alleviandum hocce negotium Venerabilibus in Xto Fratribus, qui fors libellis de argumento restitutionis tractantibus destituti sunt, aut plurima jam oblivioni tradiderant, conspectum nunc succinctum suppeditamus, attamen sequiori tempore longiorem desuper tractatum eumq in linqua vernacula expedituri sumus. Ordinem instructionis Dilectissimi Collaboratores! in Cur. XI. praescriptum servantes, lustrate ea saepius, quae nunc tum pro suggestu, tum pro tribunali sacro aut pro aedificatione propria imprimenda curamus, ex operibus primae auctoritatis.

Restitutionis notio.

Restitutio nostra complectitur in se a) *Restitutionem* (zwrócenie) *proprie talem* utpote rei alienae. sive *bona* sive *mala fide* possessae, in natura aut in aequivalenti b) *compensationem* (wynadgrodzenie) damni e possessione iniqua, aut injuria illati aut lucri cessantis, per alia obsequia, laeso grata utiliave tunc, quando plane aequivalens reddi nequit, quae etiam *satisfactio* pro injuria alteri impacta audit.

Obligatio restitutionis.

Hanc urget a) lex veteris Foed: II. Moj 2. 1. *Jeśliby kto ukradł wołu albo owce, i zabił albo sprzedał, 5 wołów odda za jednego wołu, a 4 owce za jednę owcę.* et N. F. in ep. S. Pauli ad Rom. XIII. 7. *Reddite omnibus debita . .* ac Ipsissimus Salvator collaudat Zachaeum ad reparandas in quadruplo laesiones paratum. Luc. XIX. 8. b) SS. Patres e. g. S. Augustinus: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, quando restitui potest.* c) Lex justitiae, juxta quam res ablata tamdiu *clamat ad Dominum*, donec restituta

fuerit. d) Natura poenitentiae, quae tunc nonnisi *vera* agnoscitur, quando quis peccati sequelas tollere nititur.

Necessitas exquirendi injuriam malumq a se patratum.

Audiamus desuper Clariss. Hirscher in II. tom. der Christ. Moral.

„Wer gestiftetes Unrecht und Übel gut machen soll und will, muß dasselbe vor Allem kennen wollen, mithin erforschen. Aber wer denkt darüber nach? Wer etwa eine Summe gestohlen, Jemand durch Lästerung um Ehre oder Brod gebracht hat, fühlt, daß er das Gestohlene zurückgeben, oder einen Schaden-Ersatz leisten müsse. Aber die tausend Anderen, die oft nicht geringere Lasten auf sich haben? Ach, so wenige wissen, oder mögen erforschen, welche Verantwortungen auf ihnen liegen. Wer da mit besonderem Fleiße über sich nachdenken sollte, sind z. B. Jene, welche schlechtes Beispiel gaben, oder schlechte Grundsätze herumboten; Gatten, welche verkehrt lebten, und durch ihre Verkehrheit bösen Einfluß auf ihre Mitgatten übten; Ältern, welche ihre Kinder theils vernachlässigten, theils durch schlechte Beispiele oder Anweisungen positiv verdarben; Herrschaften, die ihr Gesinde; Kinder die ihre Geschwister; Dienstboten, die ihre Mitdienstboten versäumten oder irreführten; Freunde und Kameraden, die ihre Freunden und Genossen in ihre Sünde einleiteten; Personen beider Geschlechter, deren eine die andere entweder um ihre Unschuld brachte, und so im Marke ihres geistigen Daseyns verderbte, oder doch durch sündhaften Umgang noch tiefer abwärts zog; Schriftsteller und Lehrer, die Irrthümer und Halbwahrheiten verbreiteten, die Schwachen ärgerten, und die Unmündigen überfütterten; Personen, die in öffentlicher Sünde lebten, und sonach öffentliches Ärgerniß gaben etc. Dann, und in Betreff leiblicher und zeitlicher Beeinträchtigungen, müssen sich selbst vorzugsweise erforschen: die gewohnt waren, ohne Liebe im Herzen, vielmehr von Eifersucht, Neid, Hochmuth, Schadenfreude etc. beherrscht, ihrer Zunge den Lauf zu lassen, und die daher nicht nur beschädigten, wo sie es beabsichtigten, sondern auch, wo sie es nicht beabsichtigt haben; ferner die (verheurathet oder ledig) außer der Ehe Kinder erzeugten, und dadurch eine Menge zeitlicher Interessen nach allen Seiten hin verletzten; ferner, die gewohnt waren, ungemessen nach Erwerb zu trachten, daher jedem Miterwerbenden in den Weg traten; in Handel und Wandel weder Wahrheit nach Gerechtigkeit, weder Billigkeit noch Güte, sondern einzig und ausschließend den Gewinn im Auge hatten; die Alles nnd allezeit nahmen, was und wo sie konnten; deßgleichen solche, die in einem stehenden Lug und Truge, besonders in gewohnten Handwerks-Übervortheilungen dahin lebten,' auch solche, die in Dienstverhältnissen standen, und bei ihrer Trägheit, der Eigennützigkeit unzähligemal den Vortheil ihrer Dienstherrn, oder überhaupt ihre Dienstpflichten außer acht liessen; ferner, Richter, Vormünder, Mitglieder von Rathsversammlungen etc., die sichs bewußt sind, der Neigung, dem Eigennutze, den menschlichen Rücksichten nicht verschlossen gewesen zu sein; ebenso Mitwissende um die Ungerechtigkeiten Anderer, Furchtsame und daher Schweigende, Rathgeber, Ansporner etc., überhaupt alle Theilnehmer an fremden Beschädigungen.“

Difficultas, ambitum perpatrati mali comprehendendi et impossibilitas id ex asse tollendi.

Idem, ut supra Doctor haec desuper scribit in II. Tom. d. do

„Aber von allen Diesen, und so von tausend Anderen: Wer ermißt den Umfang dessen, was auf seiner Verantwortung liegt? Wer z. B. jahrelang mit unbewachter leichtfertiger Zunge redete; vermag er nur irgend zu ermitteln, was er geschadet? Wer fleischlichen Sinnes in vagen Liebeleien sich heute an diese, morgen an jene Person hieng, ihr Schmeicheleien sagte, ihre Eitelkeit nährte, ihre Sinnlichkeit köderte, sei es daß er mit keiner derselben unzüchtigen Umgang gehabt; vermag er zn ermessen, was er geschadet? Wer jahrelang in Handel und Wandel Lüge und Überredungskunst anwandte, um nur Gewinn und den höchst möglichen Gewinn zu machen, wie ermittelt er, um w i e v i e l er im Ganzen seinen Nächsten verkürzt habe? und Wen? Wer einem öffentlichem Amte vorstand, und war bequem, oder bestechlich, oder nepotisch gesinnt, oder gegen seine ungerechten und partheiischen Mitbeamten schwach und zugestehend; weiß er, wie viel im Ganzen und Einzelnen auf seiner Seele liegt? Wer Irrthümer lehrte, Halbwahres, unverdauchliches etc., oder wer nachlässig lehrte, und unwissend ließ; weiß er, wo und wie der Irrthum und die Unwissenheit wuchern, deren Urheber er ist? Wer eine unschuldige Seele mit der Sünde vertraut gemacht, und Gelüste, die nicht gekannt waren, in sie gebracht hat: ach, die schuldlose, und nun befleckte weiß selbst nicht, was sie verloren, und weißt selbst nicht, was fie noch weiter verlieren wird, noch, was Andere seit ihrer Verführung durch sie verloren haben, oder noch weiterhin verlieren werden: wie mag er (der Verderber) es wissen? Überhaupt, wer ergründet die Last, welche er auf sich hat!!

Und ist es so schwer, ja unmöglich, die Last, welche der Sünder auf sich hat, nur auszumitteln; um wie viel schwerer dann, dieselbe aufzuheben! Ach, wer vermag zu bezahlen, was er schuldet?!"

Restitutionis ambitus.

Quemadmodum laesio juris alieni non in *bonis* solum *fortunae*, sed in bonis *existimationis famaeq*, item in bonis *corporis* atq. *animae* quoq. evenire potest; ita reparatio *laesionis* ad omnes has species se extendit.

Restitutio quoad bona fortunae.

Possessor *bonae fidei* (rzetelny posiadacz) qui rem alienam occupaverat, emendo aut haereditando, sine dolo et fraude, quamprimum noverit, eam esse alienam, seu furto aut dolo alteri ablatam, tenetur eam ejusq. fructus, si adhuc extent, restituere; quodsi autem consumpti fuerint, aequivalens in peccunia &c. in tantum, in quantum factus est ditior, nisi forte illos per *praescriptionem* jam fecerit suos: quia ex regula utriusq juris *res clamat ad dominum* et res quævis *domino fructificat.* Expensas autem *necessarias* et *utiles* a domino rei repetere potest, quantum vero ad *voluptarias*, dominus illi plus refundere non tenetur, quam

quatenus res ex communi aestimatione melior est facta; simul tamen possessori bonae fidei, in quantum sine laesione id fieri potest, eas auferre licet, e. g. aedificia in fundo alieno e suis extructa, ast nequaquam piscinam, aut puteum effossum et adornatum.

Possessor *malae fidei* (nierzetelny posiadacz) qui rem furto ablatam aut iniquo modo acquisitam detinet, non solum eam vel pretium aequivalens, sed omnia quoq. emolumenta, quae ipsemet inde perceperat, et praeterea, quae dominus percepturus fuisset, si ablata sibi non extitisset; *lucrum cessans*. atq demum omne *damnum emergens* restituere tenetur.

Laesor alienae substantiae, in agris, pratis, silvis, arbusculis circa vias publicas, pascua &c. recenter plantatis, pecoribus, &c. &c. *damnum* sive per *culpabilem ignorantiam*, per inadvertentiam, aut negligentiam, ut famuli; aut dolo, aut modis aliis, qui culpa non vacant, aut injuste, aliis illatum, *compensare*, immo pro rerum adjunctis totum damnum emergens lucrumq cessans reparare stringitur. Item qui alium a consecutione boni alicujus e. g. servitii vel muneris, haereditatis . . . *injuste* impedit, ad quod consequendum jure perfecto aut spe gaudebat, ad compensationem obligatur.

Cooperantes ad injustam laesionem substantiae, illis 9. modis iniquis, quos peccata *aliena* (grzéchy cudze) nominamus, officio restitutionis aut compensationis subjiciuntur quoq.

Ordo restitutionis inter plures ad injustam laesionem cooperantes.

Primo loco ille ad hoc tenetur, apud quem res aliena extat, sive in se sive in aequivalente h. e. quatenus ex eo factus est ditior, aut suis rebus pepercit. *Secundo loco* et ante exsequentem, adhuc tenetur *mandans*, quiae exequentem induxit ad nocendum, Idem dicendum de eo, qui alterum vi, fraude, ad laesionem permoverat. *Tertio loco* venit *exsecutor*, ubi revera non sua sponte et proprio motu, sed ab aliis deceptus et impulsus damnum intulerat. *Quarto loco* et *quinto* demum *negative*, silendo et non resistendo, cooperantes et quidem prout eorum cooperatio proprior vel magis remotior fuerat.

Quantum ad *coordinatos*, qui conjunctim aliquod damnum intulerant, e. g. per furtum, rapinam . . . quivis e cooperantibus, in defectu aliorum, *in solidum* restituere debet. Facta restitutione a causa principali, vel a prioribus liberantur ab ea posteriores; non vero vicissim, cum priores posterioribus, si hi restituerant, compensare teneantur. *Negative* cooperantes tunc solum ad restitutionem obligantur, quando positive cooperantes non restituerant.

Reliqua restitutionis hujus adjuncta.

Cui restitutio facienda? a) Ei, qui legitimum titulum aut jus rem possidendi habet, etiamsi dominus ejus non sit, vel cui ex omissa restitutione aliquid detrimenti imminet. Sic res aliena apud sartorem, farina apud molitorem &c. surrepta non proprietario (właścicielowi) sed sartori et molitori, quibus concredita fuit, restituatur, b) Defuncto domino rei haeredibus restitutio fiat. c) Si dominus plane pleneq. nescitur, res ex delicto restituenda, pauperibus eroganda est, vel pios in usus conferenda. Si vero nonnisi in particulari detegi nequit, scitur autem ipsius communitas, restitutio communitati vel in ejusdem commodum fiat e. g. pistor, qui homines certae communitatis in pane quoad pondus, in farina quoad mensuram defrauda-

verat, pari modo largiori pondere aut mensura faciat eos indemnes; si vero mercaturam non amplius exercet, pars defraudationi congrua pauperibus danda est.

Quid de rebus inventis? Dominus earum investigandus aut publicatione in foro aut ecclesia, aut in ephemeridibus &c. Detecto domino res inventa admanuanda; non detecto domino, juxta sententiam plurimorum vel pauperibus distribuenda vel in alios pios usus impendenda; aut si inventor est pauper, ea sibi applicet cum onere pro domino orandi ea autem semper intentione se esse rei inventae usufructuarium tantum, restituendae vero casu fortuito domino proprietario detecto. Verum ubi leges civiles desuper extant, hæ servandæ sunt. &c. &c.

Quando restitutio facienda? a) Si vi contractus, aut sponsionis aliquid reddendum, reddatur tempore condicto b) Si restitutio ex delicto debetur, quam primum moraliter et physice fieri potest, ipsa fiat.

Compensatio injustae laesionis quoad bona animae.

Summa injuria infertur proximo idq animae ejus, dum quis illum vi, fraude, vel gravi metu, etiam reverentiali, ad patrandum peccatum mortale inducit, vel qui alios circa fidem bonosque mores perversis principiis imbuit, aut eos uti parentes et animarum custodes, sufficienti religionis notitia ditare negligunt. Hi cuncti non tantum a sua perversitate aut tepiditate desistere, sed etiam per falsorum principiorum revocationem, per seductorum correctionem, per salutaris et sufficientis doctrinae suggestionem... pro viribus adlaborare debent, ut taliter seducti, fascinati, neglecti denuo resipiscant, convertantur, plenius imbuantur. Quod etiam de illis obtinet, qui per *directum* e. g. verbis, promissis, donis, aut *indirectum scandalum*, perversis moribus, maledictionibus &c. &c. spiritualem aliorum ruinam promoverant; hi ex lege charitatis, aut officii, muneris, rationem prioris vitae per opposita et conspicua animi vere pœnitentis indicia corrigere, et damna, quorum auctores morales exstiterant, pro eo ac valent, resarcire tenentur; ac insuper ad hocce gravissimum negotium opem divinam pro se et scandalisatis implorare obligantur. *Vaeh illi, per quem scandalum venit!* Quam difficile damna spiritualia reparantur!

„Wer Aergerniss gegeben, der hebe sein schwerbelastetes Herz, in Reue u. Schmerz, aufwärts zu dem empor, Welcher ist der Regent Seiner Gemeinde, der Allvermögende u. Ewigherrschende; u. bitte mit unaufhörlichen Bitten diesen seinen Sachwalter, dass Derselbe in Seiner Macht u. Barmherzigkeit das Übel, das er gestiftet, übernehme u. theils noch bei seinem Leben, theils auch später nach seinem Hintritte austilge“ Hirscher im II. B. seiner Chr. Moral.

Ejusmodi laesoribus bonorum spiritualium annumerandi quoq. veniunt omnes animarum Rectores, qui etsi juxta effatum S. Pauli Heb. V. 1. *constituti sint pro hominibus, ut offerant dona et sacrificia pro peccatis*, ab ecclesia missi ad populum, ut officium divinum psallant quotidie, ac devotionem ante- et pomeridianam diebus dom. et festivis, praescriptam *totam*, nihilominus omittendo aut abbreviando gregem toties orbant suffragiis et supplicationibus. Quanta in posterum adhibenda devotio, quanta pietas privata et publica ad compensationem fidelibus condignam conciliandam! quanta juxta Canones ob neglectum *pensum canonicum*

in fabricam ecclesiae conferenda! quanta debitorum sarcina premit Presbyteros, persolutionem Missarum ultra legitimum tempus cum summa fundatorum aut largitorum jactura.. differentes!

Quid vero de seductore, qui aliam ad turpia contra VI. Decalogi praeceptum blanditiis pellexit.

Ecquidem licet ex stricto jure ad restitutionem non teneatur, quum tamen impius seductor revera omnium malorum, quæ vel intendit vel aliquatenus saltem prævidit, auctor moralis exsistat, ex lege charitatis omnia pro viribus reparare debet. Et ubi proles nascitur, ad ea obstringitur, quæ patri illegitimo incumbunt. Verum enim vero minime sibi blandiatur, hisce modis ob crimen a se patratum sat superque se satisfecisse; etenim cum pudicitia nullo pecuniarum pretio æstimari queat, non tantum ipsum vere pœniteat, sed vel maxime in id enitatur, ut vigor innocentiæ et castimoniæ in ipso et in seducta denuo refloreat. Quodsi puellam induxit, ut consentiret in copulam sub vera vel ficta promissione matrimonii, obligatur et damna inde enata resarcire, et eam, si ipsa velit, ac ipse possit, ducere; quia si vera fuit promissio, verus intercessit contractus, qui jam impleri potest; si vero ficto promisit, nihilominus datur obligatio ob impletam conditionem onerosam, sub qua et non aliter consensit infelix puella. Ast ab ea ducenda excusatur corruptor, α. si puella ex circumstantiis facile deprehendere potuit, promissionem non esse sinceram; v. g. quando est valde magna disparitas in nobilitate, divitiis etc.; tum enim sibi imputare debet, quod decepta sit. β. Si ex matrimonio timeantur gravia et diuturna incommoda, vel scandala. γ. Si ipsa postea permittat se ab alio seduci, quia non potest ægre ferre, si frangenti fidem fiides frangatur eidem.

Ast longe aliter se habet, ubi *stuprum* virginis obtinet. Qui nefando et exsecrando hocce flagitio sese foedaverit, tum virgini laesae, tum ejusdem parentibus damna omnia, quibus exinde evolvuntur, resarcire debet, vel eam ducendo, (nisi obstet ratio graviorum damnorum) vel sufficienter dotando; et si ex stupro proles concepta fuerit, auctor tantae injuriae omnes nutritionis et educationis sumtus sustinere tenetur.

Difficilior res cadit, ubi *adulterium* committitur, quo conjugi innocenti summa injuria infertur, quae eo major evadit, si proles exinde procreata fuerit. Hic jam prudentia omnium primum suadet illud, ut parti innocenti occultetur crimen, ne infelix pars innocens gravissimo afficiatur moerere, salus domestica et pax naufragetur, amori conjugali vulnus lethale infligatur; odiumque plerumque exitiale succedat adeo, ut saepenumero matrimonium separetur. Ex ipsa hac conjugii turbatione proba filiorum legitimorum educatio ingens detrimentum patitur, et res familiaris et opes inter conjuges dissipari, vel certe negligi solent. Imo in foro externo proles in matrimonio nata tam diu legitima præsumitur, donec contrarium probetur et mulieri propriam turpitudinem alleganti fides nulla habetur. Quae vero obligatio adulterae, et qnae ejusdem complici incumbit, si proles intrusa praeter victum et sustentationem una cum filiis legitimis haereditatem paternam captura sit, vel omnino iis deficientibus in omnia bona successura? Praeterquam quod spiritu poenitentiae acta, erga virum benignam et morigeram et in educandis prolibus sese strenuam exhibeat, rem familiarem exactiori cura administrare, sumtibus, quos pro genio licite faceret, parcere, atque de bonis sibi propriis, si quae habet, ita dispo-

nere adlaboret, ut damna omni modo saltem meliori compensentur iis, qui detrimenta patiuntur Pariter complex seu pater prolis spuriae, quantum absque criminis manifestatione fieri potest, conferre debet, ut maritus et legitimi haeredes indemnes serventur; v. g., dum tecto nomine sub alio praetextu pecunias mittat, vel per testamentariam dispositionem huic suo officio satisfacere conetur.

Compensatio seu satisfactio quoad laesionem vel mutilationem corporis.

Ratione *injustae laesionis vel mutilationis corporis*, hujus injuriæ auctor tum expensas curationis, mulctamq. pro doloribus; tum lucrum cessans e. g. operario &c. compensare tenetur. Ubi vero mors sequitur, homicida a) hæredibus qua talibus præstare ea debet, quæ ab ipso occiso ad dies vita juxta prudentem æstimationem ad illorum commodum congregari potuissent. b) Si uxor, liberi vel parentes occisi exinde nesessariis destituuntur, injustus homicidia ad ea saltem suppeditanda obligatur, quae defunctus vigore vinculi conjugalis, parentalis iisdem praestare debuisset c) Creditoribus occisi eatenus obstringitur, quatenus illis directe nocere intenderat.

Compensatio laesionis quoad bonam famam honoremve proximi.

Quum, uti Sapiens div. Prov. XXII. 1. testatur, *melius est nomen bonum, qaam divitiae multae*... non minor cura in urgenda hujus boni laesi compensatione imperanda.

Hoc in negotio praecepta sequentia possuut usurpari utiliter:

a) Si quis innocentem *falso* infamarit, sic ut aliquod peccatum aut aliud factum, quod non admiserit, de illo divulgarit, et nominis et aestimationis suae apud alios jacturam fecisset, dicta haec serio retractare adeo obligatur, ut, qua ratione calumnia divulgata fuit, eadem quoq, revocetur. Ad haec detractor tenetur, ut omne damnum compenset, quod proximo his calumniis attulerat.

b) Quodsi injuste maleq. vera tamen de alio, sed adeo occulta, ut ea patefacere non oporteret, sparserit, ad *palinodiam* alias generis canendam (odwołanie) obstringitur, non quidem fatendo, se esse mentitum, sed eum in aliis rebus laudando, ejusq. naevos excusando, dotes bonas extollendo, familialiter cum ipso conversando &c. operam taliter dando, ut apud quos ei detraxerat, in bona deinceps habeatur existimatione. Praeterea damna, quae alter exinde passus est, quaeque, si minus intenta, aliquo saltem modo praevisa fuerint, mediis, quae praesto sunt, resarcire charitas jubet.

c) Qui recreationis aut conversationis causa alios de notis obloquuntur, eos ad meliorem vitæ tramitem reducere, eos in aliis laudare, pro conversione Deum exorare obligantur.

NB. Obligatio restituendae famae tunc cessaret, si aliter revocatio fieri haud posset, nisi summo vitae suae discrimine, aut si majus hinc infamato damnum nasceretur, (veluti si reintegraretur jam semel sopita infamia) et si passus ignominiam traductori id, quod adversum se promulgarit, condonare velit; aut deniq. si calumniis fides adhibita non sit &c.

Hæc et similia jam in suggestu jam in Confessionali Vobis Dilectissimi in Xto Fratres! inserviant, atq exinde ea, quæ conduxerint, in publicis instructionibus adhibete. Ter optimus maximus ad haec benedicat.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviæ 22. Novembris 1858.

Nr. 3176. Provocatio ad collectionem pro communitatibus Trojca, Illnice, Popielniki et Tuczapy.

Juxta Intimationem Exc. C. R. Provinc. Regiminis de 14. Nov. a. c. N. 31437 Communitates memoratae in Circulo Colomea per grandinem die 17. Aug. a. c. enormem, in œconomicis ingens passae damnum mediante Alto Ministerio ad collectiones internas admissae implorant auxilium nostrum.

Charitate Xtna impulsi conferamus obulos pro Nostratibus... Sacerdotes et parochiani, atq collectos obulos Perillustres Decani e manibus misericordiae singulorum animarum Rectorum receptos ad Nos dirigant, abhinc ad Exc. C. R. Provinc. Regimen expediendos.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 18. Novembris 1858.

L. 2879. „Kazania na wszystkie całego roku uroczystości do ducha czasu zastósowane“ ogłaszają się.

Na podaną prośbę Braci Jeleni księgarzy w Przemyślu z dnia 13. b. r. Konzystorz uwiadamia szanowne Duchowieństwo, iż nakładem rzeczonych księgarzy wyszły kazania na wszystkie uroczystości całego roku Jks. *Wojciecha Węgrzyna* i są do nabycia w księgarniach, w których o cenach poweźmie wiadomość.

Nr. 2829. Grates pro collectis in rem Consociationis S. Bonifacii pro Germania quotis rependuntur, collectionesq. novae expetuntur.

Percepta ab Illmo Coo Archieppali Viennensi contestatione de 12. Oct. a. c. Nr. 10053 super quota 60 Rh. C. M. e Diœcesi Nostra in favorem praelaudatae Societatis, gratias pro tanto beneficio in dilatandum et obfirmandum Regnum Xti salvificum inter fidei nostrae in Germania osores ex intimis promentes benedictionemq. elargientes; nec non auxilium ulterius anhelantes publicamus Decanatus Regno Xti Salvatoris faventes, una cum quotis collectis a) Dec. *Bialen.* 9 Rh. 13 x. b) ... *Wadovic.* 4 Rh. c) ... *Żywiec.* 2 fl. 42 xr. ... d) *Bochn.* 2 fl. e) ... *Brest.* 1 fl. 17 x. f) ... *Czchov.* 3 fl. 56 x. g) ... *Dobczyc.* 3 fl. 30 x. h) ... *Dąbrov.* 7 fl. 30 x. i) ... *Mielec.* 3 fl. 10 x. k) ... *Pilsno.* 7 fl. l) ... *Tarnov.* 6 fl. 6 x. et 4 fl. ab J. P. m) ... *Neofor.* 2 fl. 36 x. n) ... *Neo-Sandec.* 3 fl. C. M. Interim dum suffulti hisce donis vicini nostri preces pro salute Dantium in 13. Dec. ad Patrem misericordiarum fundunt, Nos obtestamur Reliquos ad submittendos hunc in finem obulos.

E Consistorio Episcopali. Tarnoviae 21. Octobris. 1858.

Nr. 3186. Suffragia ad aram expetuntur

Pro anima p. m. Catharinae Drzewiecka St. Monial. Staniątc. d. 1. Nov. a. c. demortuae.

☞ Haec Currenda ante Dom. IV. Adventus Cunctos resp. obeat. ☜

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae, die 25. Nov. 1858.
PAULUS PIKULSKI, Cancellarius.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviæ.